



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Methodus S. Ignatii De Loyola Ducens Animam ad Perfectionem per Exercitia Spiritualia

Vatier, Antoine

Dilingæ, 1689

III. De Tribus Classibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60263)

Tria fient Colloquia. Primum ad Virginem Matrem, rogando, ut pro nobis apud Filium intercedat. Alterum ad Christum, quem precaberis, ut te ad veræ humilitatis sequelam præparatiatur admitti. Tertium ad DEUM Patrem, quem per merita Filij sui rogabis, ut humilitate ejusdem Unigeniti sui sectatorem faciat. Singula congruis suis orationibus concludet.

XVI. ANNOTATIO.

De Humilitate.

Triplex hic occurrit quæstio &c.

*Pro Meditatione & tribus
Classibus.*

Postquam anima ope Meditationis de deo
bus Vexillis intellexit, quòd bonorum tempo-
ralium intemperantior amor, sicut ad omne
tiorum genus aditum pandit, ita ingens con-
sequendæ perfectionis obstaculum fit; cum
hac lue nonnihil etiam afflatam deprehendat.
seriò nunc incipit de remedio cogitare, ne
porrò aliquid, quod perfectè DEUM vocat
tem sequi prohibeat. Ad quod suum propo-
tum rectè hanc meditationem adhibet, in qua
opportuna admodum rationem condiscet,
animum à terrenis facibus ita illumem redde-

ut vel habere, quod amat, vel perdere perire ipsi sit, neque aliam vel retinendi creata bona vel abijciendi causam admittere, quam majorem Divini Numinis gloriam.

Jam, qui affectum hujusmodi prorsus exuere desiderant, ad tres potissimum diversas Classes revocari possunt. Prima illorum est, qui velent quidem immunes ab hoc affectu vivere, sed de libertatis, quam desiderant, obtinendæ mediis ne quidem cogitant. Ad secundam illi pertinent, qui itidem deponere gestiunt inordinatam, quâ laborant, voluntatem, sed rem, cui ita affixi hærent, nolunt abijcere. Nempe retinere hi tales volunt, quod diligunt, atque ita cum materiem suam pravo affectui non subducant, frustra illô se liberos volunt, nisi generosius consilium capebant. In tertia demum classe illi sunt, qui ita inordinatum ad terrestria affectum cupiunt exuere, ut rem ipsam, quam amant, abijcere parati sint, si id è re majoris DEI gloriæ futurum judicent. Et hi seriò nobis illam animi libertatem desiderant.

Discursus, quem hæc Meditatio complectitur, exemplò quoquam, aut potius similitudine nititur. Nempe à mercatoribus, unicè in luctum suum intentis licet discere, quæ ratio tenenda sit in abdicandis à nobis bonis temporariis,

Gg 4 libus,

Libus, ne impedimento nobis sint, quò minus animus DEO sincerius & integrè consecratur. Intelligimus itidem, quã industriã, qui humilitatis & perfectionis studiosus est, acceptare non debet, omnes sese deprimendi occasiones, ut cunquę oblatas. Et hæc sunt, quæ in sequenti meditatione consideranda occurrent,

Duodecima Veritas.

Explicata in meditatione de tribus Classibus.

*Nullam omitti fas est occasionem
annihilandi memetipsum, quamdiu sit
Divina Gloria detrimentò
potest fieri.*

Primum Punctum docet, quòd velle illæ & vana mentis proposita, quæ effectum sequitur, nimium infirma sint ad virtutis præsidia, & quòd, qui ad animi sui salutem procurandam aliud non agit, quàm fovere huiusmodi voluntatis ad bonum inclinationes, verà miser sit, ut qui omnia potius alia, quàm salutem suam diligit.

Secundum commonstrat, quòd proposita, quæ non nisi aliquando & inconstanter in effectum deducuntur, satis significant, verendum esse, ut serius ejusmodi hominis amor non sit

passim erga virtutem ferri videtur. Neque enim sufficit, aliquoties illa à nobis abiicere, quæ perniciosa nobis esse intelligimus, sed nunquam admitti debent talia, siquidem securam esse volumus salutem nostram.

Tertium explicat, quænam sit genuina voluntatis, & seria ad virtutis studium applicatio: Illa nimirum, quæ nullam proficiendi occasionem elabi patitur. In tali enim homine satis apparet, amorem æternæ salutis imperare animo, & solum dominari, cæteros affectus non nisi ad hujus imperia se movere. Cùm ergo statum mihi sit, sinceram animi perfectionem humilitatis ministerio sectari, nulla mihi occasio elabatur necesse est, quæ aliquam mihi, sine Divinæ Gloriæ jactura, meimet humilitationem offert.

Nota. Cùm humilitas viva omnis spiritalis boni radix & origo sit, qui hanc sectatur, eadem operâ in Perfectionis incumbere studium; & pariratione, qui se deprimat, ut humilitatem menti inferat, ille excellenti quodam modo id agit, unde omnis perfectio nostra proficisci debet.

Meditatio.

De Tribus Classibus.

Oratio Præparatoria solita.

I. PRÆLUDIUM. Ternas mihi Classis mercatorum obiticiam, quæ negotiationem quam tractant, solo lucri faciendi studio susceperint, & singulæ decem millia ducatorum cratæ sint. Imaginabor autem mihi, quæ omnes ex iis desiderium aliquod procurandæ salutis suæ conceperint, & pro viribus in Divina gratiæ augmento identidem proficere conantur. Et hunc in finem omnes inordinato pecunias affectu, quo laborare se sciunt, immunes fieri desiderent, tanquam ab ejusmodi impedimento, quo nihil efficacius obstat veræ felicitatis consecutioni,

II. PRÆLUDIUM. In conspectu Domini Nostri, omniumque Sanctorum me collocabo, tanquam ejusmodi personam quæ unice desideret intelligere, quæ rationem amplius placere possit Infinitæ Majestati.

III. PRÆLUDIUM. Gratiam petam cognoscendi, & eligendi, quod DEO acceptius & animæ meæ salutare magis est, firmumque contemplandi propositum, omnes occasiones amplectendi.

endi, quas Deus ad profectum in Virtutum studio & præsertim ad mei depressionem opportunas dignabitur submittere.

I. P U N C T U M

Prima Classis.

Consideranda.

Prima mercatorum Classis non caret omnino desiderio abducendi ab opibus affectum, ut securus Deo serviat: sed medium ad id, quod desiderat, nullum adhibet, neque facit aliquid ad finem illum conveniens. Amor enim, quo salutem suam prosequitur, tam est frigidus, ut omnia alia longè amet calidiùs, quàm animæ suæ bonum. Et proinde fieri non potest, ut se-rio salutis suæ prospectum velit, nisi hæc illi magis curæ sit, quàm omnia, quæ ab hoc illum studio solent avertere. Nam ubi duo amores inter se in eodem pectore congregiuntur, vincit ille, qui robustior est.

Talis est illorum indoles, qui desiderant quidem in Virtutis studio magnos profectus facere, sed nihil minùs agunt, quàm quod hanc ad rem congruit; cùm nulla prorsus re spoliare se velint, in salutis suæ gratiam; quod quid aliud

ud est, quàm manifesta insania, finem nihil
rum velle, & mediis nolle uti.

Affectus.

1. Damnare stultissimam illorum cecitatem, qui nihil tardius amant, quàm quod illi animæ suæ proficit, unicè & omni amant dignam. 2. Deplorare eorundem miseriam quia pereunt absque eo, quòd interitum sentiant, contenti vanissimo salutis desiderio. 3. Considerare, quamdiu eadem & ego laboraverim ignaviâ, & quantis in rebus etiam paulò illis sim studiosior. 4. Gratiam flagitare, qua adjutus emendem perniciosam habitudinem & socordiam.

II. P U N C T U M.

Secunda Classis.

Consideranda.

Secunda mercatorum classis paulò sincerius exuere se gestit affectu illo, quo ad opes habitus ferebatur, sed tam generosa nondum est, ut argentum, quod diligit, relinquat. Adhibet quidem mediorem aliquid, ut liberet ex ignobili mancipatu voluntatem, hinc aliquam inde partem ex thesauris suis in pios usus erogat, & alia insuper studet agere, quæ perverto affectui molesta accidunt: sed eò nunquam

ingit, ut omnem penitus à se peccuniam velit
removere. Hoc mercatorum genus imago est
clararum mentium, quæ non nisi aliquando fa-
ciunt, quæ ad animæ profectum sunt idonea. Et
potest quandoque contingere, ut illud, à quo
moverentur ad vim appetitibus suis in quapiam
re inferendam, alius quispiam, quàm salutis
amor sit, fortior tamen, quàm amor sit ille, quo
res prosequuntur quas abiciendo nobilem vi-
ctoriam reportant. Quòd si salutis suæ amor
est, quo instigante hanc contra affectus suos pu-
gnam susceperunt, fortior quidem est, quàm il-
le, quo transitoria diligunt: sed manifestum ta-
men adhuc est, multorum caducorum amorem
robustiores adhuc esse, quàm ille, quo salutem
suam procurant. Et sic totum, quod agunt, pa-
rum aliquid, & sanè quàm exiguum est, cum
amor ille, qui vehementior est, & in animo resi-
det, nunquam non dominari pergat.

Et hæc est secunda Classis, illos complexa, qui
in virtutum studio proficere quidem cupiunt,
sed ad pulchra hæc desideria vel nullum, vel vix
aliquem affectum adjungunt. Id quod aliud
non est, quàm ultro & jucundè sibi met impo-
nere, & quod serio ac integrè oporteret exequi,
id ex parte tantum & fortassis solum ad oculum
facere.

Affectus.

1. Agnoscere excœcatæ mentis miseriam quæ DEUM ita ad suos appetitus conatur inflectere, ut aliud sibi imperari non velit, quod pravo affectu diligit. Vult nimirum non quod DEUS gratum habet, sed quod sensuali affectu ipsa amplectitur. 2. Gratiâ flagrantem ut multis in rebus hanc voluntatis pravitate corrigam, præsertim verò in iis, quæ ad bonam rem pertinent. 3. Disquirere & deplorare frequentiores lapsus, quos hoc in negotio committit. 4. Sollicitudo Religiosa, ob nimiam, quam habet, cupiditatem, rem usque adeò periculosam, & tantò in me magis detestabilem, quanto nobiliores DEI gratiæ sunt, quas hunc in finem mihi communicat, ut exitiali hac luce eximat. 5. Penetrare & pro meritis æstimare magnam hominum in secunda hac classe inlicitatem: minor quidem illa apparet, quam qua prima classis laborabat, magnam tamen adhuc, & non negligendam; quia tantam adhuc animæ curam esse in hac classe conveniunt quantam, si ad perfectionem obtinendam perire nihil egisset boni. Modicum enim illud, quod agit, nondum eam eximit salutis periculo, sed hoc solum facit, ut desperare de illa non debeat. Atque adeò occultat quidem periculum, non autem tollit.

III. PUNCTUM.

Tertia Classis.

Consideranda.

Tertia Mercatorum Classis, depositura in-
temperantem ad divitias affectum, prompta est
quoque, ad retinendas vel abiiciendas pecu-
nias, prout expedire ad DEI Gloriam videbitur.
Constat hoc genus hominum suis se thesauris,
in quibuscunque Divini Numinis voluntas id
exigere dignabitur; neque aliud vel retinendi
vel relinquendi opes suas dictamen sequitur,
quam DEI in hoc negotio beneplacitum, in hoc
studio studio, ut quærat & agat, quidquid
DEO judicaverit esse gloriosius. Et hoc tan-
tum est DEUM & animam suam præ divitiis
amare, quin imò non amare opes, sed unicè
DEUM, & animæ suæ salutem. Qui huc in
virtutis instituto evasit, sicut pecunias facile
abiicit, ita neque aliud quidpiam magni æsti-
matur, neque ullius discoloris amoris vitio in facien-
do quotidie novis profectibus impeditur.

Talis est in negotio spiritualis vitæ tertia
classis, illos complexa, qui seridè & constan-
ter profectum in spiritu desiderant, & quam de-
siderandi rationem, quisquis sequitur, ille, ut par
est,

est, virtutem colit, & generosis progressibus
portuna media applicat.

Affectus.

1. Agnoscere & commendate istiusmodi
hominum sapientissima consilia. 2. Laudare
generosos illorum animos. 3. Rogare DEUM
ut huiusmodi mentem quam plurimis de-
tur impertire. 4. Estimare, amare, & de-
rare bonum illud, quod & in DEUM & in
mas ex sanctis his conatibus redundat. 5. De-
quirere mecum, quinam amores illi sint, qui
plurimum posuerint obstaculi sanctioribus
sideriis & affectibus; neque dubium est, quin
deprehenurus sim, non fuisse hoc in negotio
importuniorum, quam illum, quo honoratus
prosecutus sum. 6. Supplicare DEO quatenus
impensissimè, ut tam infestum turbatorem de-
mare velit. 7. Considerare, quidnam
quod facere necesse est, ut animum à meo
hoc hospite immunem asseram. 8. Statuere
quòd totum me deinceps & serio humilia-
nis studio commissurus sim. 9. Implorare Di-
vinam gratiam, qua adjutus constanter
feram.

Triplex fiet Colloquium, ut flagitem & ob-
tineam Divinam gratiam, ne ullam elabi occa-
sionem patiar, quam ad memet humili-
dum

idoneam, Bonus DEUS quandoque
aggeret.

Primum fiet ad Beatissimam DEI Matrem, &
terminabitur dicto: *Ave MARIA.*

Alterum ad Christum, & finietur dicto:
Anima Christi.

Tertium ad æternum Patrem, & concludetur
dicto; *Pater Noster.*

Compendium Meditationis.

De tribus Classibus.

Oratio præparatoria.

I. PRÆLUDIUM. Tres mercatorum classes
mihi proponam, quarum singulæ decem millia
ducatorum lucrata sint, velint autem nunc ani-
mum ab inordinato ad pecunias affectu immu-
nem habere.

II. PRÆLUDIUM. Collocabo me in conspe-
ctu DEI & omnium Sanctorum ejus, & deside-
rabo cognoscere, quâ ratione perfectius DEO
placere possim.

III. PRÆLUDIUM. Petam à DEO gratiam
cognoscendi, & eligendi, quod Divinæ suæ Ma-
jæ acceptius erit, & constanter utendi omni-
bus

bus occasionibus memet annihilandi, quantum sine Divinæ gloriæ præjudicio fas erit fieri.

I. PUNCTUM. Prima Classis desiderat quodammodo exuere affectum, quo opibus adhaeret, sed, ut obtineat, quod cupit, nihil adhibet instrumenti. Quidquid amat, amat solidius, quàm bonum animæ suæ. Insana igitur cupiditate laborat, quia finem obtinere gestit, nullâ maiorum ope adhibitâ.

II. PUNCTUM. Secunda classis paulò ferventius desiderat, quod prima cupiebat: sed non nisi certis duntaxat occasionibus procurandæ salutis suæ intenta est, alias omnes facillè negligit. Et idcirco non omni se thesauro suo abdicare vult. Si quid quandoque boni audet, illud ipsam fortassis ex alio, quàm animæ suæ, amore percipiscitur, cum tamen hæc sola sit, quæ senio unico amore digna est.

III. PUNCTUM. Tertia classis prompta est ad retinendum vel relinquendum argentum suum, prout alterutrum Divinæ voluntati videbitur esse gratius. Nullam occasionem negligit DEI obsequium impendendi suas opes; neque divitias jam ampliùs, sed unicè DEUM & animam suam diligit.

Triplex

Triplex debet fieri Colloquium, & flagitari à Deo gratia, ne ulla mihi elabatur occasio, quam Deus, ut memet annihilarem, dignabitur offerre.

Primum ad Matrem Virginem dirigitur, & terminabitur dicto: *Ave MARIA.*

Secundum ad Christum finietur dicto: *Ani-
ma Christi.*

Tertium ad DEUM Patrem concludetur dicto: *Pater Noster.*

XVII. A N N O T A T I O.

De Electione.

Cum vereretur, &c.



Hh z

DIS.